MASTER NEGATIVE NO. 92-80599-24

AUTHOR:

CHABOT, I. B., ...

TITLE:

CORPUS SCRIPTORUM CHRISTIANORUM...

PLACE:

PARIS

DATE:

[1903]

Master Negative #

92-80599-24

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

```
BKS/PROD  Books       FUL/BIB   NYCG92-B32402          Acquisitions     NYCG-PT
Record 1 of 0 - Record added today
+
   ID:NYCG92-B32402            RTYP:a    ST:p    FRN:   MS:   EL:      AD:05-08-92
   CC:9668  BLT:am      DCF:?   CSC:?   MOD:     SNR:      ATC:        UD:05-08-92
   CP:fr      L:lat     INT:?   GPC:?   BIO:?    FIC:?     CON:???
   PC:s      PD:1903/           REP:?   CPI:?    FSI:?     ILC:????   II:?
   MMD:       OR:    POL:     DM:     RR:        COL:      EML:       GEN:   BSE:
   040      NNC=|cNNC
   100 2    Chabot, I. B., Guidi I., Hyvernat H., Cara de Vaux B.
   245 10   Corpus scriptorum christianorum orientalium=|h[microform].
   260      Paris,=|bLibrairie Ch. Poussielgue,=|c[1903].
   300      xii p.
   LDG      ORIG
   QD       05-08-92
```

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11X

IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB

DATE FILMED: 6-9-92 INITIALS M.D.C

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management
1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202

Centimeter

Inches

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

LIBRAIRIE Ch. POUSSIELGUE, 15, rue Cassette, Paris-VIe.
Leipzig : Otto HARRASSOWITZ.

CORPUS
SCRIPTORUM CHRISTIANORUM ORIENTALIUM

CURANTIBUS

I.-B. CHABOT, I. GUIDI,
H. HYVERNAT, B. CARRA DE VAUX.

Quantum conferant rerum ecclesiasticarum et profanarum studiosis subsidium amplissimae illae collectiones quas, *Cursus Patrologiae Latinae* et *Cursus Patrologiae Graecae* nomine inscriptas, cl. vir Petrus Migne edidit, eruditorum neminem latet. Tertiam collectionem, *Patrologiam Orientalem*, in lucem proferendi consilium inierat sollertissimus editor : quod eius tempore vix ad finem perducere licebat; nam orientalium scriptorum opera publici iuris facta pauca erant paucioresque viri orientalibus studiis operam navabant.

Attamen, huiusmodi collectionis utilitas, ne dicam necessitas, in diem maior apparet : cum tot pretiosa documenta, sive profana sive sacra, aliunde ignota, feliciter servata sint in antiquis codicibus orientalibus quos eruditi viri nuper e pulvere excusserunt.

Pluribus abhinc annis, docti et benevoli amici iam me hortabantur ut quid simile tentarem; sed cum difficultatum bene conscius et aliis inceptis intentus essem, morem eis gerere diutius renui; denique mentem occupabat evangelicum dictum : « Qui vult aedificare prius sedens computat sumptus qui necessarii sunt, si habeat ad perficiendum » (Luc., xiv, 28). Nunc vero manum ad hoc immensae molis opus admoveri posse censeo, cum

IMPRIMERIE NATIONALE.

doctissimi viri quorum nomina sub inscriptionem legisti laborem se praestituros liberalissime promiserint. Aethiopicis libris excudendis Guidi, copticis Hyvernat, arabicis De Vaux praeerunt.

Vix dubitandum est quin quotquot orientalibus addicti sunt studiis nobiscum adlaborare velint ut optatum finem, coniunctis viribus, favente Deo, feliciter attingere valeamus.

Rationem operis paucis verbis proponere liceat.

Mens nostra est omnia opera a christianis auctoribus scripta syriace, aethiopice, coptice, arabice, edita aut inedita, quae ad rem liturgicam, canonicam, exegeticam, theologicam, philosophicam, hagiographicam, historicam pertineant, in unam collectionem redigere. — Armenorum libros in collectione collocabimus cum aderit vir eruditus cui editionis curam assumere placuerit.

Editio nostra nudum textum exhibebit cum variis codicum lectionibus et interpretatione latina; eis solum quae ad veram lectionem aut interpretationem stabiliendam conferunt adnotatis. A dissertationibus aut commentariis ex industria abstinebimus. Praefatio uniuscuiusque operis de auctore, codicibus, editionisque ratione breves notitias tradet.

Quattuor aut quinque volumina, maioris minorisve molis, singulis annis in lucem nos daturos esse speramus. Ad hoc multum iuvabit concessa licentia utendi litterarum formis « Typographei Reipublicae », quae copia et elegantia nullis aliis cedunt. Earum specimina infra habentur.

In his voluminibus edendis nullum praefixum ordinem sequemur, sed prout parata nobis occurrent ita prelo mandabuntur. Opera tamen inedita aut quae maioris sunt momenti, maxime vero opera historica, ante alia edere statuimus. Opera autem nuper edita, quae omnium manibus teruntur, in praesenti typis denuo mandare intempestivum esse novimus; ea tamen e catalogis nostris non eiicimus, cum eadem ratione eademque forma ac ceteri libri, ad complendam collectionem, ea recudere aliquando opportunum fore multi existiment.

Unicuique tamen volumini adscribemus numerum quem obtinebit in integra collectione. Propterea omnium voluminum quae edituri sumus elenchos conficere curavimus. Elenchum operum syriacorum ego digessi, qui infra exhibetur. Similes indices pro ceteris linguis Guidi, Hyvernat, De Vaux mox conficient.

Ordinem chronologicum secuti sumus quantum res sinebat.

In quattuor classes scripta uniuscuiusque linguae dividere opportunum duximus : I. *Apocrypha sacra, Liturgica, Canonica;* II. *Theologica, Exegetica, Philosophica;* III. *Historica et Hagiographica;* IV. *Opera peregrinae originis.* — Hoc praecipue postulabat editio operum liturgicorum et canonicorum, inter quae saepius unum ab altero ad verbum exscriptum est, et ideo ea in eodem volumine disponere decebat, etsi vario tempore a variis auctoribus confecta sunt. — Opera quoque historica et hagiographica in unam seriem ordinare magni interesse videbatur : ne cogeremur easdem notulas historicas et geographicas repetere in unoquoque fere volumine; huiusmodi notas in speciali tomo qui etiam nominum rerumque locupletissimos indices continebit, colligemus. — In quarta serie opera dabimus quorum primigenius textus alio idiomate, praecipue graeco, conscriptus periit, aut quorum versio orientalis magni aestimatur aut adeo inmutata est ut novum opus merito censeatur.

Non solum singula volumina, sed etiam uniuscuiusque voluminis textum sine latina interpretatione vel interpretationem sine textu emere licebit.

Pretium emptionis ita computabitur : folium textus orientalis sexdecim paginis constans, una libella gallica (*un franc*); folium autem latinum, media libella (*o fr. 5o cent.*) venumdabitur[1].

Unicuique volumini nomen inscribetur docti viri cuius labore in lucem proferetur et qui, suo periculo, textus editionem et latinam translationem curabit.

[1] Extra Galliam empturis libella gallica erit = Mark 0,80 = Shill. 0,10 = Lira 1 = Dollar 0,20.

Enixe igitur rogamus eruditos viros quibus facultas est aliquod volumen nostrae collectionis conficiendi, ut nobis in auxilium veniant et aliquam operam, pro beneplacito aut commodo, in elenchis infra descriptis eligant, nosque de suo proposito quam primum certiores faciant.

Scribebam Kalendis Ianuarii, A. D. MDCCCCIII.

I.-B. CHABOT,
47, rue Claude-Bernard, Paris-V^e^.

Inter eos qui consilii nostri notitiam habuerunt, in conlaborandum iam nomen professi sunt :

Fr. Béguinot (Romae);
E. Benoist (Parisiis);
O. Braun, prof. in Univ. Wiceburgensi;
Dr E.-W. Brooks (Londini);
L. Cheikho, S. I., prof. in Univ. Berytensi;
Dr C. Conti Rossini (Romae);
R. Duval, professor in Collegio Franciae;
I. Forget, prof. in Univ. Lovaniensi;
Ad. Hebbelynck, Rector Univ. Lovaniensis;
H. Labourt, S. Th. Dr (Parisiis);
P. Ladeuze, prof. in Univ. Lovaniensi;
I.-Th. Lamy, prof. in Univ. Lovaniensi;
Dr Enno Littmann (Princeton, U. S.);
E. Revillout, prof. in «Ecole du Louvre»;
W. Riedel, prof. in Univ. in «Greifswald»;
I. Sedláček, prof. in Univ. Pragensi;
C.-F. Seybold, prof. in Univ. Tubingensi;
A. Van Hoonacker, prof. in Univ. Lovaniensi;
Ad. Vaschalde, prof. in Univ. cathol. Americana;
V. Zapletal, O. P., prof. in Univ. Friburgensi (Helvetia); etc.

CORPUS
SCRIPTORUM CHRISTIANORUM ORIENTALIUM.

I. — SCRIPTORES SYRI

(Ab antiquo tempore usque ad saeculum XIV).

A. *Series prima* : Apocrypha sacra, Liturgica, Canonica.

Tomus.

1. Apocrypha Veteris Testamenti.
2–5. Apocrypha N. T.; narrationes de Beata Virgine, de Apostolis, de Cruce.
6. Didaskalia. Doctrina Apostolorum. Doctrina Addaei.
7. Liturgiae Nestorianorum. Eorum libri liturgici.
8–9. Liturgiae Iacobitarum. Eorum libri liturgici.
10–12. Canones Apostolorum. Constitutiones. Recognitiones, etc. Canones synodales e graeco conversi. Canones Pseudo-Nicaeni.
13–14. Synodi patriarcharum nestorianorum.
15. Timothei I, Īšōᶜ Bar Nūn, Īšōᶜbōkht aliorumque Nestorianorum opera canonica.
16. ᶜAbdīšōᶜ Bar Bahrīz, Īšōᶜ Bar Šūšan, Eliae Nisibeni opera canonica.
17. Iohannis Tellensis, Cyriaci, aliorumque monophysitarum opera canonica.
18. Bar Hebraei *Nomocanon*.
19–20. ᶜAbdīšōᶜ Nisibeni opera canonica.
21. Indices in hanc seriem.

B. *Series secunda* : Exegetica, Theologica, Philosophica.

(Auctores minores qui proprio nomine non sunt designati in uno aliove tomo pro opportunitate edentur.)

Tomus.

1–2. Bardesanes. Aphraates.
3–12. S. Ephrem.
13. S. Rabbūlā. Babai. Cyrillona. Georgius abbas.

C. *Series tertia* : Historica et Hagiographica.

7–10. Eliae Nisibeni *Opus chronologicum.*
11. Simeonis Šanqlāwāyā *Chronologia.*
12. Michaelis Syri *Chronici* partes quae eius sunt propriae.
13–15. Bar Hebraei *Chronica.*
16. Adnotationes et Indices in omnia opera historica.
17. Martyres Edesseni et Samosateni.
18. Martyres Persae in persecutione Saporis.
19. Martyres Persae post persecutionem Saporis.
20. Vitae confessorum in regione orientali (Eugenius, etc.).
21. Vitae nonnullorum patriarcharum Nestorianorum (Abā, Sabrīšō', Denḥā, Yahbalāhā III).
22. Vitae Beatorum, auctore Iohanne Asiae episcopo.
23–24. Vitae sanctorum in Syria occidentali (Abraham Kidūnāyā, Ephrem, Rabbūlā, Simeon Stylita, Iulianus Sābā, Eusebius Samosatenus, Isaias Ḥalebensis, etc.).
25–26. Vitae nonnullorum virorum apud Monophysitas celeberrimorum (Petrus Iberus, Iacobus Baradaeus, Iohannes Tellensis, Severus Antiochenus, Aḥudemmeh; Iohannis Gazensis *Plerophoriae*, etc.).
27. Vitae nonnullorum sanctorum e graeco conversae.
28. *Paradisus Patrum*, auctore 'Enanīšō'.
29–30. Thomae Margensis *Liber Gubernatorum.*
31. Historia Rabban Hōrmīzd et monasterii ab eo conditi. *Liber Castitatis*, auctore Išō'denaḥ.
32. Historiae Iosephi Bōsnāyā et Sabrīšō' Qoqensis.
33. Adnotationes et Indices in opera hagiographica.

D. *Series quarta :* Opera peregrinae originis.

Index accuratior postea evulgabitur. In hac serie locum in primis obtinebunt :

Aristidis *Apologia.*
S. Athanasii *Epistulae festivae.*
S. Cyrilli Alexandrini *Commentarius in Lucam.*
Theodori Mopsuesteni *Fragmenta* et *Commentarius in Iohannem.*
Severi Antiocheni *Homiliae cathedrales.*

Nunc sub prelo jacent :

I. E Syriacis :

Chronica minora (Series C, t. IV), pars posterior, curante **E.-W. Brooks.**
Dionysii Bar Ṣalībī. Expositio Liturgiae (Ser. B, tomus XCIX), curante **I. Parisot.**
Chronicon Pseudo-Dionysianum (Series C, tomus I), curante **I.-B. Chabot.**

II. Ex Aethiopicis :

Historia regis Iohannis, curante **Ign. Guidi.**

Mox e Syriacis prelo committentur :

Babai Senioris Tractatus de Unione, curante **H. Labourt.**
Timothei I, patriarchae, Opera, curante **O. Braun.**
Išō'yahb III, patriarchae, Epistulae, curante **R. Duval.**
Philoxeni Mabbugensis, De Trinitate et Incarnatione, curante **A. Vaschalde.**
S. Cyrilli Alex. Homiliae in Lucam, curante **I.-Th. Lamy.**

Ex Aethiopicis :

Chronica varia, curantibus **Guidi**, **Conti Rossini**, **Béguinot.**
Ḥatatâ Zar'a Yâq'ôb, curante **E. Littmann.**

Ex Arabicis :

Lampas tenebrarum, auctore *Abū'l Barakāt*, curante **W. Riedel.**
Historia Patriarcharum Alexandrinorum, auctore *Severo*, curante **C.-F. Seybold.**
Synaxarium coptico-arabicum, curante **I. Forget.**
Annales Eutychii, curante **B. Carra de Vaux.**

E Copticis :

Liturgiae, curante **H. Hyvernat.**
Apocrypha V. et N. Testamenti, curante **E. Revillout.**

TYPORUM SPECIMINA.

ܒܒܢܬܐ ܗܝ ܕܫܢܬܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܒܒܝܬܐ. ܒܝܘܡ ܐܢܫܐ:
ܘܡܫܡܠܝܢ ܗܘܘ ܠܗ ܟܠܗ ܫܢܝܐ ܟܠ ܕܪܓܐ ܢܦܫܗ.
ܘܗܘܝܢ ܡܬܠܝܢ ܗܘܘ ܠܗ ܕܒܝܫܐ ܠܥܒܕܝܐ. ܘܒܢܝܫܗ
ܡܬܢܝܚ ܗܘܘ ܘܡܬܢܝܚܝܢ. ܫܢܝܬܐ ܟܠܗ. ܘܟܠ ܫܢܝܬܐ ܚܕ
ܢܦܫܝܢ ܗܘܘ.. ܘܬܘܒ ܡܬܢܝܚ ܗܘܘ ܒܬܘܠܬܐ ܕܠܐ ܚܒܒܗ
ܒܒܪ. ܘܕܡܒܝܢ ܗܘܘ ܒܒܗ ܟܠܗܘܢ. ܘܗܘ ܕܡܬܠܠܕ
ܗܘܐ ܡܢܗ. ܒܪ ܫܢܬܗ ܡܡܟܠܝܢ ܗܘܘ ܠܗ. ܒܕܒܟܐ
ܕܒܗܪܗ ܘܒܢܝܢܗܘܢ ܐܝܟ ܕܡܫܟܐ ܗܘܘ. ܘܡܢ ܕܢܦܫ ܗܘܐ
ܠܗ ܒܡܒܕܘܬܐ ܘܦܠܚ ܗܘܐ ܠܗ *ܒܡܫܡܫܢܐ. ܘܡܒܒܕܝܢ
ܗܘܐ ܡܢܗ ܢܫܝܬܐ ܕܒܘܪܬܐ. ܘܒܠ ܕܡܬܕܒܪ ܗܘܐ
ܠܗܘܢ. ܡܫܡܠܝܢ ܗܘܘ ܠܗ ܚܪܐ ܚܘܪܬܐ. ܘܠܟܠܗܝܢ ܠܐ
ܚܦܪ ܗܘܐ ܒܡܟܐܢ. ܘܐܬܬܚܝܕܘ ܟܠܗܘܢ ܒܡܒܟܒܢܘܬܐ
ܐܠܗܝܬܐ. ܒܝܕ ܐܘܡܠܢܐ ܚܕ ܕܒܪܗ ܕܢܐܚܕܘܢܝܗܝ
ܘܐܬܦܠܛ ܒܒܢܝܢ. ܘܐܙܕܗܪ ܒܗ ܢܦܫܐ ܕܢܝܫܬܐ

በስመ ፡ አብ ፡ ወወልድ ፡ ወመንፈስ ፡ ቅዱስ ፡ ፩አምላክ ፡ ንዌጥን ፡ ጽሒፈ ፡ ዜናሁ ፡ ዘይጥዕም ፡ እመዓር ፡ ወሦከር ፡ ወይትበደር ፡ እም ወርቅ ፡ ወእምእብን ፡ ጳዝዮን ፡ ክቡር ፡ ዘደስሕብ ፡ አፈ ፡ ለተናግሮቱ ፡ ወእዝነ ፡ ኀበ ፡ ሰሚዖቱ ፡ ለክቡር ፡ ወዓቢይ ፡ ንጉሠ ፡ ነገሥት ፡ አእ ላፍ ፡ ሰገድ ፡ በጸጋ ፡ እግዚአብሔር ፡ ዘተሰምየ ፡ በስመ ፡ ዮሐንስ ፡ ወን ጌላዊ ። ወኃብረ ፡ ስሙ ፡ ምስለ ፡ ስሙ ፡ ወሃይማኖቱ ፡ ምስለ ፡ ሃይማ ኖቱ ። ወምግባሩ ፡ ምስለ ፡ ምግባሩ ። ወውእቱ ፡ ዘያወፅእ ፡ አጋንንተ ፡ ሶበ ፡ ተማኅፀኑ ፡ ኀበ ፡ መቃብሪሁ ። ወይፌውስ ፡ ዙሎ ፡ ደዌ ፡ ወዙ ሎ ፡ ሕማመ ፡ ሶበ ፡ ተቀብዑ ፡ እምነ ፡ መሬት ፡ ዘኃደረት ፡ ውስቴቱ ፡ ሥጋሁ ፡ ቅድስት ። ባሕቱ ፡ እግዚአብሔር ፡ ያብጽሕ ፡ ጽሒፎተነ ፡ አ ሜን ።

ዝንቱሰ ፡ ንጉሥ ፡ ጻድቅ ፡ ውእቱ ፡ ወልደ ፡ ንጉሠ ፡ ነገሥት ፡ ዓ ለም ፡ ሰገድ ፡ ወልደ ፡ ንጉሠ ፡ ነገሥት ፡ ሥልጣን ፡ ሰገድ ፡ ዘተወልደ ፡ እምክብርት ፡ እግዝእት ፡ እንተ ፡ ይእቲ ፡ እኅተ ፡ ክርስቶስ ፡ ወለተ ፡

Ⲛ̀ϩⲣⲏⲓ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲁ̀ⲃⲟⲧ ⲙ̀ⲙⲁϩ ⲏ̅ ⲛ̀ⲧⲉ ϯⲣⲟⲙⲡⲓ ⲙ̀ⲙⲁϩ ⲃ̅ ϯ ϩⲓ ⲇⲁⲣⲓⲟⲥ ⲁⲟⲩⲥⲁϫⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ϣⲱⲡⲓ ϩⲁ ⲍⲁⲭⲁⲣⲓⲁⲥ ⲡϣⲏⲣⲓ ⲙ̀ⲃⲁⲣⲁⲭⲓⲁⲥ ⲡϣⲏⲣⲓ ⲛⲁⲇⲇⲱ ⲡⲓⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲏⲥ ⲉϥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ ⳼ Ϫⲉ ⲁϥϫⲱⲛⲧ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲉ̀ϫⲉⲛ ⲛⲉⲧⲉⲛⲓⲟϯ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲛⲓϣϯ ⲛ̀ϫⲱⲛⲧ ⳼ Ⲟⲩⲟϩ ⲉⲕⲉ̀ϫⲟⲥ ⲛⲱⲟⲩ ϫⲉ ⲛⲁⲓ ⲛⲉ ⲛⲏ ⲉⲧⲉϥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ϫⲉ ⲕⲉⲧⲑⲏⲛⲟⲩ ϩⲁⲣⲟⲓ ⲟⲩⲟϩ ϯⲛⲁⲕⲟⲧⲧ ϩⲁⲣⲱⲧⲉⲛ ϩⲱ ⲡⲉϫⲉ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲡⲓⲡⲁⲛⲧⲟⲕⲣⲁⲧⲱⲣ ⳼ Ⲟⲩⲟϩ ⲙ̀ⲡⲉⲣϣⲱⲡⲓ ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ ⲛ̀ⲛⲉⲧⲉⲛⲓⲟϯ ⲉⲧⲁⲩⲉⲣⲉⲛⲕⲁⲗⲓⲛ ⲛⲱⲟⲩ ⲛ̀ϫⲉ ⲛⲓⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲏⲥ ⲓⲥϫⲉⲛ ϣⲟⲣⲡ ⲉⲩϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟⲥ ϫⲉ ⲛⲁⲓ ⲡⲉ ⲛⲏ ⲉ̀ⲧⲉϥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲡⲓⲡⲁⲛ-ⲧⲟⲕⲣⲁⲧⲱⲣ ϫⲉ ⲙⲁⲧⲁⲥⲑⲟ ⲑⲏⲛⲟⲩ ⲉ̀ⲃⲟⲗϩⲁ ⲛⲉⲧⲉⲛⲙⲱⲓⲧ ⲉⲧϩⲱⲟⲩ ⲛⲉⲙ ⲉ̀ⲃⲟⲗϩⲁ ⲛⲉⲧⲉⲛϩⲃⲏⲟⲩⲓ ⲉⲧϩⲱⲟⲩ ⲟⲩⲟϩ ⲙ̀ⲡⲟⲩϯ ϩⲑⲏⲟⲩ ⲉ̀ⲥⲱⲧⲉⲙ ⲛ̀ⲥⲱⲓ ⲡⲉϫⲉ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⳼ Ⲁⲩⲑⲱⲛ ⲛⲉⲧⲉⲛⲓⲟϯ ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲏⲥ ⲙⲏ ⲁⲩⲛⲁⲱⲛϧ ϣⲁ ⲉ̀ⲛⲉϩ ⳼ Ⲡⲗⲏⲛ ⲛⲁⲥⲁϫⲓ ⲛⲉⲙ ⲛⲁⲛⲟⲙⲟⲥ ϣⲟⲡⲟⲩ ⲉ̀ⲣⲱⲧⲉⲛ ⲛⲏ ⲁ̀ⲛⲟⲕ

ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲡⲉⲓⲱⲧ ⲟⲩⲁⲅⲁⲑⲟⲥ ⲡⲉ. ⲓ̅ⲥ̅ ⲡⲉⲭ̅ⲥ̅ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲡⲉ ⲁⲩⲱ ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ. ⲟⲩⲁⲅⲁⲑⲟⲥ ⲡⲉ ⲡⲉⲡ̅ⲛ̅ⲁ̅ ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ. ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲉⲧⲉ ⲙ̅ⲛ̅ⲧ̅ϥ̅ ϩⲟⲩⲉⲓⲧⲉ ⲟⲩⲧⲉ ⲙ̅ⲛ̅ ϩⲁⲏ ϣⲟⲟⲡ ⲛ̅ⲧⲉϥⲙ̅ⲛ̅ⲧ̅ⲛⲟⲩⲧⲉ. ⲛ̅ⲧⲟϥ ⲅⲁⲣ ⲡⲉ ⲧⲁⲣⲭⲏ ⲁⲩⲱ ⲡϫⲱⲕ ⲙ̅ⲡⲧⲏⲣ̅ϥ̅. ⲙ̅ⲛ̅ ⲕⲧⲓⲥⲙⲁ ϣⲟⲟⲡ ϩ̅ⲛ̅ ⲧⲉⲧⲣⲓⲁⲥ. ⲁⲗⲗⲁ ⲛ̅ⲧⲟϥ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲁϥⲥⲱⲛ̅ⲧ̅ ⲙ̅ⲡⲧⲏⲣ̅ϥ̅. ⲙ̅ⲛ̅ ⲡⲉⲧⲟ̂ ⲛ̅ϫⲟⲉⲓⲥ ⲉⲗⲁⲁⲩ ϩ̅ⲛ̅ ⲛⲉϥϩⲃⲏⲩⲉ. ⲁϥϯ ⲛ̅ⲟⲩⲁⲩⲧⲟⲝⲟⲩⲥⲓⲟⲛ ⲙ̅ⲡⲧⲏⲣ̅ϥ̅. ϫⲉⲕⲁⲥ ⲉⲣⲉ ⲛⲉⲡⲣⲟϩⲁⲓⲣⲉⲥⲓⲥ ⲟⲩⲱⲛ̅ϩ̅ ⲉⲃⲟⲗ. ⲁ ⲧⲉ-ⲡⲣⲟϩⲁⲓⲣⲉⲥⲓⲥ ⲛ̅ϩⲟⲉⲓⲛⲉ ⲟ̅ⲙ̅ⲥⲟⲟⲩ ϩⲁⲧ̅ⲙ̅ ⲡⲉⲭ̅ⲥ̅ ⲁⲩⲱ ⲁⲥϫⲁⲥⲧⲟⲩ ⲡⲁⲣⲁ ⲛ̅ⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ. ϩⲉⲛⲕⲟⲟⲩⲉ ⲇⲉ ⲁⲥϫⲓⲧⲟⲩ ⲉⲁⲙⲛⲧⲉ. ⲙ̅ⲡⲉ ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲥⲛ̅ⲧ̅ ⲗⲁⲁⲩ ⲉϥϩⲟⲟⲩ. ⲛ̅ⲕⲉⲇⲁⲓⲙⲟⲛⲓⲟⲛ ⲉⲩϩⲟⲟⲩ ⲁⲛ ϩ̅ⲛ̅ ⲧⲉⲩⲫⲩⲥⲓⲥ ⲁⲗⲗⲁ ϩ̅ⲛ̅ ⲧⲉⲩⲡⲣⲟϩⲁⲓⲣⲉⲥⲓⲥ. ⲛ̅ⲕⲉⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲇⲉ ⲙ̅ⲡⲛ-

---

يسبح لله ما فى السموات وما فى الارض ۞ له الملك وله الحمد وهو على كل شىء قدير ۞ هو الذى خلقكم فمنكم كافر ومنكم مومن والله بما تعملون بصير ۞ خلق السموات والارض بالحق وصوركم واحسن صوركم واليه المصير ۞ يعلم ما فى السموات والارض ويعلم ما تسرون وما تعلنون والله عليم بذات الصدور ۞ الم ياتكم نبا الذين كفروا من قبل فذاقوا وبال امرهم ولهم عذاب اليم ۞ ذلك بانه كانت تاتيهم رسلهم بالبينات فقالوا ابشر يهدوننا فكفروا وتولوا واستغنى الله والله غنى حميد ۞ زعم الذين كفروا ان لن يبعثوا قل بلى وربى لتبعثن ثم لتنبون بما عملتم وذلك على الله يسير ۞ فامنوا بالله ورسوله والنور الذى انزلنا والله بما تعملون خبير ۞ يوم يجمعكم ليوم الجمع ذلك يوم التغابن ومن يومن بالله ويعمل صالحا يكفر

neminem prope flumen sibi tabernam aedificare. Consilio mensorum et hominum peritorum tabernae exstructae sunt pro latitudine fluminis, *in quam flumen, eluvionis tempore, patere solebat, extrema alvei parte quamvis plerumque sicca non occupata*, prolatis insuper terminis antiquis. Aquae enim multae quidem fuerunt et vehementes *insolite*, sed flumen ipsum, utpote quod aquas 25 torrentium qui ex omni parte se colligunt, excipiat, in parvam latitudinem patebat. Iussit *quoque* rex eos omnes qui in porticu sedem habent et artes fabriles exercent in conspectu fluminis, in tabernis non pernoctare a mense tešrīn qĕdēm (octobr.) ad mensem nīsān (april.); ex praetorianis vero, qui urbem custodiebant, quinos per totum tempus hiemale in moenibus pernoctare, supra locum per quem aquae urbem intrant. Et simul ac senserint noctu atque audiverint aquarum alienarum strepitum, quae in urbem intrare coeperint ... Quicunque autem strepitum audiverit et rei neglegens non exiverit *clamans* «ecce aquae», neglegentiae poena ab eo exigebatur, quod regis iussum sprevisset; edictum hoc ex eo tempore quo talia acciderunt factum, in perpetuum valere debebat. Iussit autem rex noster Abgar, domum regiam in Bēth Tabārā sibi aedificari, ad tempus hiemale agendum, ibique per totam hiemem commorabatur; aestate autem ad novum palatium descendebat quod ad caput fontis exstruxerat. Eius etiam optimates, domos in quibus commorarentur